

De installatie van Jan Vercuylen als zesde gemijterde abt van de Abdij van Berne op 1 november 1608

De installatie van abt Jan Vercuylen verdient om meerdere redenen onder de aandacht te worden gebracht van hen, die zich interesseren voor de premonstratenzer liturgie. Allereerst gebeurde zij op een andere dag dan de verkiezing. Vervolgens is het een van de weinige documenten, die ons inlichten over dit ritueel.

Voor zover wij konden nagaan, kwam pas in 1718 in onze streken een afzonderlijke regeling voor de installatie van een nieuwe abt tot stand. Deze staat afgedrukt in de *Acta et Decreta Capituli Provincialis Circariae Brabantiae, ordinis Praemonstratensis, Tongerloae celebrati anno Domini 1718, a die vigesima quinta Septembris usque ad vigesimam novam ejusdem inclusive*, Antwerpen, 1719.

Na de Sessio octava en vóór de Sessio nova et ultima staat in deze uitgave op bladzijde 71 de regeling, volgens welke de verkiezing van een abt moet geschieden, en op bladzijde 82 de wijze, waarop de installatie van een nieuwe abt behoort voltrokken te worden. Bij de installatie wordt de aanwezigheid van een bisschop niet verondersteld.

De installatie van abt Jan Vercuylen was reeds zo'n afzonderlijke plechtigheid, waaraan geen bisschop te pas kwam.

In de publikatie van Pl. F. Lefèvre, *La Liturgie de Prémontré*, Leuven, 1957, wordt op de bladzijden 108-111 gehandeld over *L'élection et l'installation des abbés*. Maar nergens blijkt, dat het om twee afzonderlijke plechtigheden zou gaan. In Prémontré werd evenwel op een geheel eigen manier de installatie van een nieuwe abt in praktijk gebracht. De prior leidde deze liturgische ceremonie.

Ook in de *Thesaurus Liturgiae Praemonstratensis* uit 1988, een uitgave van de *Commissio Liturgica Ordinis Praemonstratensis*, is niet voorzien in een aparte installatieplechtigheid.

Dit is een eerste reden waarom de publikatie van de installatie van abt Jan Vercuylen niet van belang ontbloomt is.

Daar komt nog bij, dat zich in dit geval een uitzonderlijke situatie voordeed. De Abdij van Berne was ongeveer een kwart eeuw tevoren geplunderd en grotendeels verwoest door brand, zodat de abt en zijn kloosterlingen her en der leefden, de abt in het refugiehuis van de abdij in 's-Hertogenbosch, en de meeste andere leden van de abdij verspreid

over de vanouds door Bernenses bediende parochies. De installatie moest dus geschieden buiten de abdijgebouwen van Berne. Toch moest de installatie gelden als een installatie die in Berne zelf was geschied. Want men vertrouwde er op, dat het gemeenschapsleven binnen afzienbare tijd in Berne zou kunnen worden hersteld.

Er was aan deze installatie nog een probleem verbonden. Als dag voor de installatieplechtigheid was 1 november gekozen, wellicht ter wille van de genodigde getuigen en gasten. Maar Allerheiligen was voor de leden van de abdij, die in de zielzorg werkzaam waren, een dag, waarop zij bij de installatie niet aanwezig konden zijn wegens de viering van het feest van Allerheiligen, gevolgd door Allerzielen, in hun eigen parochies. Het werd zodoende een installatieplechtigheid, waaraan, behalve de nieuwe abt, slechts zes abdijsleden konden deelnemen. Op 3 november zijn de andere leden van de abdij naar het refugiehuis in 's-Hertogenbosch gekomen, waar zij hun instemming met de installatie buiten de plaats, waar deze eigenlijk had moeten geschieden, hebben betuigd, wat door de notaris, die van de installatie het verslag had opgemaakt, in een aanhangsel werd opgenomen.

De installatie is geschied door Nicolaas Mutsaerts, abt van Tongerlo, daartoe afgevaardigd door de abt-generaal van de orde, François Longpré. Hij werd daarbij geassisteerd door Rumoldus Colebrant, provisor van Postel, die de eerste abt van deze abdij zou worden. Alles geschiedde in tegenwoordigheid van notaris Cornelius Willems van Hilvarenbeek, van getuigen en verdere genodigden.

De in het archief van de Abdij van Berne bewaarde notariële akte betreffende deze installatie is slechts de minuut. Deze aantekeningen zijn slordig geschreven en daarom moeilijk leesbaar en staan bovendien vol doorhalingen, correcties en toevoegingen, zowel in de tekst zelf als in de marge. De tekst is naar best vermogen getranscribeerd.

Zijlstraat 1

G.M. VAN DER VELDEN, O. Praem.

NL-5473 C J Heeswijk-Dinther

BIJLAGE

Archief Abdij van Berne, V B, 1 nov. 1608

In nomine Domini. Amen. Tenore presentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate eiusdem Domini millesimo sexcentesimo octavo, indictione sexta, mensis novembris die prima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Pauli, divina providentia pape quinti, anno quarto, sede abbatiali ecclesie seu monasterii beate Marie Bernensis, ordinis Premonstratensis, Buscoducensis diocesis, per obitum reverendi in Christo patris et domini Arnoldi Vessemii, eiusdem monasterii dum viveret abbatis, pridem vacante, coram reverendo in Christo patre et domino domino Nicolao Mutsaerts, abbate monasterii beate Marie virginis de Tongerlo predicti ordinis, ut et tamquam vicario seu commissario reverendissimi in Christo patris ac domini domini Francisci de Longo Prato, eadem permissione abbatis Premonstratensis eiusdem ordinis generalis, ad infra-scripta perficienda specialiter deputato, assistente sibi reverendo domino domino Rumoldo Colebrant, monasterii Postulanensis provisore, inque mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia compa-ruerunt in capella Sancti Georgii, in hac civitate Buscoducensi sita, venerabiles et religiosi viri domini, Joannes Vercuylen electus et per suas Celsitudines Brabantie duces nominatus abbas dicti monasterii Bernensis, Bartholomeus van der Stappen eiusdem monasterii prepo-situs, Josephus Cox in Engelen, Henricus Griensven Dungenis in Hedichuysen, ecclesiarum parochialium dicte Buscoducensis diocesis respective pastores, necnon dominus et fratres Rodolphus Zegers pres-byter et dicti monasterii Bernensis professi canonici, Gisbertus Petri diaconus et Paulus van den Dale. Quibus siquidem dominis religiosis canonicis dicti monasterii Bernensis predictus dominus commissarius exposuit obiter adventus sui causam et se paratum dirigere et ad effec-tum bonum deducere commissionem sibi attributam et traditam per supranominatum reverendissimum dominum dominum Franciscum de Longo Prato, abbatem Premonstratensem eiusdem ordinis generalem. Et rogavit itaque prefatus dominus commissarius supradictos dominos, electum et nominatum aliosque pastores et conventuales superius nomi-natos, utrum eligerent supra dictam capellam Sancti Georgii pro loco capitulari conventus seu monasterii Bernensis et num placeat, quod procedatur ad installationem supranominati domini Joannis Vercuylen electi et nominati. Responderunt omnes quod sic. Eoque facto dictus dominus commissarius, volens ulterius procedere et prosequi suam commissionem, ipsum electum, finita missa «*De Sancto Spiritu*» in dicta capella Sancti Georgii lecta et celebrata, et cantato hymno «*Veni Sancte Spiritus*» una cum versu «*Emitte Spiritum tuum*» cum collecta «*Pretende super famulum tuum*», eum dictus dominus commissarius una cum sibi assistente prenominato deduxit ad maius altare dictae

capellae Sancti Georgii, ibidemque stola collo domini electi appensa et missale posito et sacrosanctis evangeliis et imagine crucifixi per dictum dominum electum tactis, dictus dominus commissarius a domino electo tale exegit iuramentum: «*Tu iuras hic super sancta Dei evangelia et representationem crucifixi per animam tuam et per tuam partem paradisi, quod fidelis eris ordini nostro, Statuta eius tenendo et pro posse tuo custodies et defendes fideliter iura et possessiones vestrae ecclesiae et monasterii, congregata conservando et dispersa congregando*». Quo iuramento sic per dominum electum facto, prefatus dominus abbas Tongerloensis tamquam vicarius seu commissarius dixit domino electo: «*Sic te Deus adjuvet et sancta Maria et omnes sancti Dei, Amen*», tradiditque domino electo sigillum abbatiale et conventus dicti monasterii Bernensis dicens prout sequitur: «*Tu iuras etiam, quod sigillum vel sigilla abbatialia bene custodies et illo vel illis bene et juste uteris, nec aliquid sigillabis vel sigillari admittes, quod in prejudicium, dampnum, jacturam vel dispendium prefati tui monasterii Bernensis ordinis Premonstratensis quovis modo possit redundare*». Et dictus dominus electus respondit: «*Sic juro*». Et istis completis prefatus dominus commissarius eidem electo stallum in dextero latere chori templi seu ecclesie vel capelle Sancti Georgii predicte, loco stalli in suo monasterio designati, assignavit et eodem inposuit. Quibus omnibus sic gestis, predictus dominus dominus abbas Tongerloensis una cum dicto domino provisorio Postulanensi ipsum electum una cum me notario et testibus infrascriptis ad domum abbatialem, in hac civitate Buscoducensi sitam, et ad cameram abbatis deducens, possessionem spiritualem, corporalem et temporalem dicti monasterii Bernensis, iurium et pertinentiarum eiusdem per clavium camere et domus traditionem eidem electo tradidit et concessit. Et omnibus et singulis eo quo prescribuntur modo, rite et canonice peractis, jure, ordine, Statutis et consuetudinibus dicti monasterii Bernensis et ordinis, quatenus tempus et rei exigentia postulabant, observatis, dictus reverendus dominus abbas Tongerloensis et commissarius, etiam electus et conventuales predicti monasterii Bernensis petierunt coniunctim et divisim a me notario publico infrascripto, super premissis omnibus et singulis ipsis unum vel plura fieri, confici atque tradi publicum vel publica instrumentum et instrumenta, eandem vel similem formam continens vel continentia, reficiendum vel reficienda toties quoties erit opportunum.

Acta fuerunt et sunt haec respective in predicta ecclesia sive capella Sancti Georgii et domo abbatiali dicti monasterii Bernensis in dicta civitate Buscoducensi sita, sub anno, indictione, die, mense et pontificatu prescriptis, presentibus ibidem honestis et discretis viris, magistro Henrico Stevens secretario monasterii Postulanensis, Henrico Lievens, Joanne der Boven Herstellensi, dicti reverendi domini abbatis Tongerloensis cubiculario, et aliis quam plurimis clericis laicisque circumstantibus viris, premissa omnia et singula videntibus et audientibus, testibus ad premissa vocatis atque rogatis.

Depost tertia nimirum die dicti mensis novembris comparuerunt coram supranominato reverendo domino abbate Bernensi et me notario subscripto venerabiles et religiosi viri, dominus Stephanus Guens in Heeswijck, Petrus Jacobi van den Molenhoff in Berlicum, Joannes Moors in Bochoven et Nicolaus Havens in Vlijmen, ecclesiarum parochialium dicte Buscoducensis diocesis respective pastores, qui propter solemne festum Omnium Sanctorum predictae installationi interesse nequiverant, approbaverunt, laudaverunt, gratam, ratam ac firmam habuerunt et eorum quilibet approbavit, laudavit et gratam, ratam ac firmam habuit installationem die prescripta factam. Super quibus etc. Actum et datum ut immediate supra. Subscriptio mea folio precedenti continetur.

Et quia ego Cornelius Willems de Beecke, publicus sacris apostolica et imperiali auctoritatibus atque Concilio Brabantico admissus notarius, premissis omnibus et singulis dum sicut premittitur fierent et agerentur una cum prenominationis testibus presens et personaliter interfui eaque sic fieri vidi et audivi ac in notam sumpsi, ideo hoc presens publicum instrumentum, manu mea propria scriptum, exinde confeci et in hanc formam redegi, signoque ac nomine et cognomine meis propriis solitis et consuetis subscripsi et signavi in robur et evidens testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Corn. Willems, notarius publicus, subscripsit.